# OCTOBER 10, MATERNITY OF BLESSED VIRGIN MARY

Errors? help@extraordinaryform.org

## INTROIT Isaias 7: 14

Ecce Virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. (Ps. 97: 1) Cantáte Dómino cánticum novum; quia mirabília fecit. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen.  Ecce Virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel.

Behold, a Virgin shall conceive, and bear a Son, and His name shall be called Emmanuel. (Ps. 97: 1) Sing ye to the Lord a new canticle: because He hath done wonderful things. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end.  Amen.  Behold, a Virgin shall conceive, and bear a Son, and His name shall be called Emmanuel.

## COLLECT

Deus qui de beátæ Maríæ Vírginis utero Verbum tuum, Ángelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut, qui vere cam Genitrícem Dei, crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

God, Who wast pleased that at the angel's message Thy Word should take flesh in the womb of the blessed Virgin Mary, grant to Thy suppliants that, believing her to be truly the mother of God, we may be assisted by her intercessions with Thee. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

## LESSON Eccles. 24: 23-31

Ego quasti vitis fructificávi suavitátem odóris: et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis, et tlmóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis, in me omnes spes vitæ et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupísoitis me, et a generatiónibus meis impleḿini: Spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatiónes sæculáórum. Qui edunt me, adhuc esúrient: et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur: et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

As the vine I have brought forth a pleasant odor, and my flowers are the fruit of honor and riches. I am the mother of fair love, and of fear, and of knowledge, and of holy hope. In me is all grace of the way of the truth, in me is all hope of life and of virtue. Come over to me, all ye that desire me, and be filled with my fruits; for my spirit is sweet above honey, and my inheritance above honey and the honeycomb. My memory is unto everlasting generations. They that eat me, shall yet hunger; and they that drink me, shall yet thirst. He that harkeneth to me shall not be confounded, and they that work by me shall not sin. They that explain me shall have life everlasting.

## GRADUAL Isaias 11: 1,2

Egrediétur virga de radíce Jesse, et flos e de radíce ejus ascéndet. V. Et requi6scet super eum Spiritus Dómini.

There shall come forth a rod out of the root of Jesse, and a flower shall rise up out of his root. V. And the spirit of the Lord shall rest upon him.

## LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Virgo Dei Génitrix, quem totus non capit orbis, in tua se cláusit víscera factus homo. Allelúja.

Alleluia, alleluia. V. O Virgin Mother of God, He whom the whole world cannot contain, being made man, imprisons Himself in thy womb. Alleluia.

## GOSPEL Luke 2: 43-51

In illo témpore: Cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post triduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit mater ejus ad ilium: Fili, quid fecísti nobis sic? ecce pater tuus, et ego doléntes quærebámus te. Et ait ad illos: "Quid est quod me quærebatis? Nesciebátis quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse?" Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descéndit cum eis, et venit Názareth: et erat súbditus illis.

At that time, when they returned, the child Jesus remained in Jerusalem; and His parents knew it not. And thinking that He was in the company, they came a day's journey, and sought Him amongst their kinsfolks and acquaintance. And not finding Him, they returned into Jerusalem, seeking Him. And it came to pass that after three days they found, Him in the temple sitting in the midst of the doctors, hearing them, and asking them questions. And all that heard Him were astonished at His wisdom and His answers. And seeing Him, they wondered. And His mother said to Him: Son, why hast Thou done so to us? Behold Thy father and I have sought Thee sorrowing. And He said to them: "How is it that you sought Me? Did you not know that I must be about My Father's business?" And they understood not the word that He spoke unto them. And He went down with them, and came to Nazareth: and was subject to them.

## OFFERTORY Matthew 1: 18

Cum esset desponsáta mater ejus María Joseph, invénta est in útero habens de Spíritu Sancto.

When His mother Mary was espoused to Joseph, she was found with child of the Holy Ghost.

## SECRET

Tua Dómine propitiatióne, et beátæ Maríæ semper Vírginis Unigéniti tui Matris intercessióne, ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Through Thy mercy, O Lord, and the intercession of blessed Mary, ever a virgin, the Mother of Thine only-begotten Son, may our oblation profit us for eternal and for present prosperity and peace. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

## PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in Festivitáte beátæ Maríæ semper Vírginis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et, virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this feast of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble:  the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation.  With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

## COMMUNION Hebrews 9: 28

Beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium.

Blessed is the womb of the Virgin Mary, which bore the Son of the Eternal Father.

## POSTCOMMUNION

Hæc nos commúnio Dómine purget a crímine: et intercedénte beáta Vírgine Dei Genitríce Maria, coeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May this communion, O Lord, purge away our guilt and, by the intercession of blessed Mary the Mother of God, make us companions of Him, Who is our Heavenly healing. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.